Quelle:
Copyright:

Durch Mitteilung von Prof. Dr. Ernst Zimmer aus Bamberg (10.V.96) ist dieser Codex aus der Bibliothek des Regensburger Arzt Fessler eingehender bekannt geworden.

1. 7.17.

Cod. LIV.

partim membran. partim chart. 1. 7.18.
Fol. min. Sec. 15.

Laur. Valla Lib. VI. de Elegant. Ling. Lat.

Laurentii Vallæ, seu Vallensis, libri VI. de lingua Lat. Elegantia. Opus satis notum, et innumeris fere editionibus recusum. Folio secundo codicis nostri Ms. incipit distributio librorum in capita, quam excipit tabula alphabetica. Postea Prooemium: "Quam sæpe mecum nostrorum res gestas" ch. tandem ipsum opus: "Deus, Dea, Dea. "Eus dicimus" ch. Nonunquam aliqua offendunt, sus litera ex Alphabeto gallico veteri mutuata, ut: H pro M; N N; E E; et plures alia. In fine: "Expliciunt dicta Laurentii in Elegantias." Laurentius Valla Patricius Romanus, et Canonicus S. Joan. Laterani Grammaticus, Rhetor et Philosophus pontificiarum Litterarum Scriptor, acris et mordacis ingenii, acerbiore stilo ac censoria libertate multorum in se conditavit invidiam. Cæterequin de Republica litteraria, et puritate latinæ linguæ restituenda optime meritus, obiit 1457. v. ut alii, 1465. Vid. Graveson. Hist. eccles. T. 6. p. 92. Folio primo Cod. nostri inscripta sunt sequentia Epigrammata ch.

Johanis Panonii Episcopi quinque Ecclesiarum in Laurentium Valla Epigramma:

"Socula sot cervus sot vidit socula cornix.
"Valla obit ante diem. Credimus esse deos."